

patribus pro maiori parte deprauata sunt et ad humanas opiniones detorta. [78:] Deinde non solum est hic libellus tam perplexus tamque intricatus, ut interdum, quid velit, ignoretur, sed etiam tam inconstans tamque inconsiderate compilatus, ut in multis locis repugnare sibi ipsi videatur et multae passim antilogiae deprehendantur. Ad haec, quanquam in angelum lucis transformatus⁶ egregie potest dolos, quos concinnat, colorare, tamen manifestos errores et abusus in ecclesias, quae sincerum Dei verbum habent, reuocare molitur. Postremo locum iustificationis omnino destruit, ut ab analogia fidei sit prorsus alienus, cum fidem intelligat tantum historiae notitiam et assensum, non fiduciam in mediatorem Christum⁷ cumque fingat nouam quandam iustitiam ex charitate et operibus, quam inhaerentem vocat,⁸ contra iustitiam Christi in euangelio patefactam, uniuersam euangelicae gratiae doctrinam euertit, eneruat et Christi gloriam obscurat.

III. De tribus primis articulis in duobus primis foliis usque ad locum de iustificatione.⁹

Quanquam 1) ea, quae praemittit de conditione hominis ac statu ipsius ante et post lapsum deque redemptione per Christum non tantum obscura, sed etiam dubia sunt, ut nec tam clare nec tam pure proposita sint, ut in sacra scriptura continentur. Praeterea 2) quaedam hic ponit, quae postea tamen in [79:] sequentibus destruit per iustitiam inhaerentem, quicquid enim hic dicit merito et iustitiae Christi acceptum referri debere, ut nostri absolutionem et liberationem id totum tribuit postea charitati nostrae, quando nos vere iustificari per iustitiam inhaerentem affirmat. Et sic 3) particula nos redemptionis pretium e vulneribus Christi mutuari non est bene posita, cum nostri red-

⁶ Vgl. II Kor 11,14.

⁷ Nach reformatorischem Verständnis ist die „fides historica“, also das bloße Wissen um die Glaubensgegenstände, ein toter Glaube. Der lebendige, allein rechtfertigende Glaube hingegen ist qualifiziert als „fiducia“, Vertrauen auf die Zusage Gottes, die den Menschen als Person von seinen Werken scheidet, indem er ihm eine neue Identität in Christus zusagt. Vgl. Eberhard Jüngel, Art. Glaube, in: RGG⁴ 3 (2000), 962–965.

⁸ Gegen die scholastische Vorstellung, die rechtfertigende Gerechtigkeit, die „gratia gratum faciens“ sei ein Habitus in der menschlichen Seele, der menschliche Verdienste ermögliche, war die Gerechtigkeit Gottes für die Reformatoren stets „extra nos“ in Christus als fremde Gerechtigkeit zu finden und dem Menschen allein durch den Glauben zugänglich. Der Mensch ist also nach reformatorischem Verständnis niemals in sich selbst gerecht, sondern vielmehr Sünder, und ist exklusiv in Christus und außerhalb seiner selbst als Gerechter anzusprechen. Vgl. Christiane Tietz, Art. Rechtfertigung III. 2. und 3., in: RGG⁴ 7 (2004), 104–107.

⁹ Vgl. Augsburger Interim I–III, 37–43. Die Folio-Zählung richtet sich nach der Erstausgabe der lateinischen Fassung des Augsburger Interims, die noch im Juni 1548 in Augsburg bei Philipp Ulhart d.Ä. in den Druck ging: SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS DECLARATIO, QVOMODO IN NEGOCIO RELIGIONIS PER Imperium usque ad definitionem Concilij generalis viuendum sit in Comitijs Augustanis XV. Maij. Anno 1548. proposita, et publicata: & ab omnibus Imperij ordinibus recepta [...] Cum Gratia & priuilegio Imperiali. AVGVSTAE VINDELICORum Philippus Vhardus excudebat [1548]. (VD 16 D 949), B 1r–B 2v. Im Folgenden zitiert als „Augsburger Interim (Ulhart)“.